



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, 1680

1. Qvinam sint effectus Suspensionis? Ex part. 5. tr. 10. res. 9.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76372](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76372)

Quinam sint effectus Suspensionis ? Ex p. 5. tract. 10.
Resol. 9.

municato, id factum est in odium excommunicatio-
nis rigidius observatum, & ita docet Hurtadoz *77. de
suspens. diffi. 7. n. 19.* Valquez *in p. 2. disp. 1. §. 3. c. 5. Summa
disp. 4. sect. 4.* Coninch *de Sac. disp. 1. §. 3. d. ubi. 3.* & Co-
nejo *in 3. p. tract. 5. de suspens. disp. 3. dub. 2.* ubi
infert, quod suspensio, qui in iure lata est pro alieno
delicto, si suspensio gravis sit, non incurrit cum in-
firo conscientie, qui committendo delictum illud, si-
lum venialiter peccaverit, vel inconsideratione, vel
ex parvitate materie, vel ex alia causa, quamvis in
foro exteriori pro suspensio sit habendus,

An suspensio possit contrahi pro culpa aliena? Ex part. tract. 10. Ref. 22.

§.1.* **N**egativam sententiam tenet Cajet. *ver. sup. pensio*, & Navar. c. 27. m. 151. quos sequitur Suar. *dispt. 18. sect. 4. n. 12.* quantum fundum est *est ali* neminem puniri debere ob alterius peccatum, quia *est ali* ipse caret, ex regulis traditis cap. 2. de *con. & cap. 2. de his que xuius ad maiori parte Capituli 1. sanctum.* C. de penis & toto tit. eodem C. ne filius pro patre, quod maxime verum est in poenis spiritualibus.

2. Secd contrariam sententiam tenet D. Thom. in 4. *dispt. 18. q. 2. art. 3. q. 2. art. 2.* & Sylvestr. *verb. Suppensio*, n. 4. & ad rationem contrarie sententiae respondit Cornejo in 3. p. tract. 5. de *sup. dispt. 3. dub. 2. q. 1.* illam veram esse quando quis specialiter, & scilicet suspenditur; etiam tunc unus suspendi non potest pro culpa alterius; secus verò quando simul suspenditur collegium, nam pro unus culpa, quia tunc non requiritur culpa in singulis, sed sufficit culpa plarium, vel Superioris, vt infra, agentes de interdicto, explicabimus. Tunc ergo potest optime Superior in inferioribus puniri, & communicas in membris, iuxta ea, quae habentur in *cap. si sententia, de sent. excom. in 6.* & quamvis poena suspensionis spiritualis sit quia tamen, vt dictum est, non privat bonis pertinentibus ad propriam animam, potest optime infligi pro peccato alterius, praeteritum, quia vt dicemus, iurifmodi suspensio & interdictum non habet propriam rationem poenae respectu inferioris, cui imponitur. Vide Turrianum *lib. 4. dispt. 41. dub. 2.*

*An suspensio possit ferri, & incurri propter solum pec-
catum veniale? Ex p.5. tract.10. Resol.19.*

2. Sed hæc opinio ita absolute prolata aliquibus non placet, & illam admittunt solum de suspensione levi, quæ possit esse in ratione potentie proportionata veniali culpæ, vt de suspensione ab uno actu eligendi, vel à distributionibus unius horæ, vel unius diei, nam si sit suspensio gravis, qualis est ab officio & beneficio simul, vel ab altero eorum tantum, non poterit imponi nisi pro mortali, vt videtur docere Sotus in 4. diff. 2. q. 2. art. 1. concl. 2. quia suspensio vt in usu Ecclesiæ æquior pœna est, quam minor excommunicatio, tum quia licet ex genere suo privet minoribus bonis, tamen difficultas tollitur, tum scilicet, quia aliqualem infamiam secum affert, & irreparabile damnum infert, sicut de irregularitate dicemus infra graviores pœnas esse, quam minorem excommunicationem, propter similes circumstantias, quamvis suscepiione Sacramentorum non privet, & certè ex iustitia, quam Ecclesiæ servat in puniendis delictis, dicendum est posse aliquem totaliter privari fructibus beneficii, aut usu officii propter solum venialem culpam, quod si excommunicatio minori incurrat, propter veniale peccatum communicandi cum excom-

*An suspensio lata sub hac forma sit suspensus, liget, &
ad quid, an ab Ordine, vel beneficio aut officio: Ex
p. 5. tract. 10. Ref. 14.*

§. I. **A**D hunc casum respondet Ioan. Baptista Bizozerus in *sum. tract. de susp. c. 1. n. 13.* ubi sic ait : Dices quam vim habeat suspensio absolute lata in hanc formam : Suspendo te, non expresso Ordinem, aut beneficium, aut officio : Quidam dicunt talem suspensionem nullam habere vim ; & ratio est, quia imperitia iudicis sic ferentis suspensionem debet